factum iudicium comprehendit. genus in maioribus, mores in aequita
te, officium in sacerdotio, factum in mandato, in iustificati
one iudicium. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur zacha
rias in ordine vicis suae ante deum secundum consuetudinem sa
cerdotii sorte exiit ut incensum poneret ingressus in
templum domini. et omnis populus foris orabat hora incensi. Videtur
hic sanctus zacharias summus designari sacerdos. quia sic lectum est
de priore tabernaculo in quod semper intrabant sacerdotes mi
nisteria consummantes. uno tantum anni tempore intrabant in tem
plum. in secundo autem semel in anno singularis summus sacerdos non
sine sanguine quem offerret pro se et populi delictis. Hic est ille
summus sacerdos qui adhuc sorte queritur [al. querebatur] quia verus adhuc
ignorat [al. ignorabatur]. Qui enim sorte eligitur. humano iudicio non comprehen
ditur. Ille igitur querebatur. et alius figurabatur. Ille querebatur verus
in aeternum sacerdos cui dicitur: tu es sacerdos in aeternum. qui non hostia
rum cruore sed proprio sanguine patrem deum generi recon
ciliaret humano. Sed tunc sanguis fundebatur in specie. in
specie sacerdos ordinabatur. Hunc quia veritas venit. relin
quimus speciem. veritatem sequamur. Et tunc quidem vices erant.
nunc autem est perpetuitas. Erat igitur et certe erat. cuius vices con
gerebantur. Sorte igitur eligebatur ut introiret templum sacerdos.
Siquidem in typo nullus poterat testis adhiberi. quid aliud
significabatur. nisi eum sacerdotem esse venturum. cuius sacrificium
non esset commune cum ceteris. qui non in manufactis templis sacrifica
ret pro nobis. sed in sui corporis templo nostra peccata vacuaret.
Sorte igitur querebatur sacerdos. ideo fortasse et milites vestim
ta domini sortiebantur. ut quem in templo suo pro nobis dominus defer
re sacrificium praeparabat. circa ipsum quoque sortis agitatio prae
ceptum legis impleret. propter quod ait: non veni legem solvere
sed adimplere. certe ut ipse esset qui expectatus veteri